



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Catalogus Patrum Societatis Jesu**

**Couplet, Philippe**

**1686**

LI. P. Franciscus Ferrari

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64697)

*Tractatus de Eucharistia cum variis exemplis.*

*10. Decalogi praecepta exemplis illustrata.*

*Ecclesiae praecepta.*

*Refutatio vanarum divinationum.*

*Ascensio mensis in Deum ex creaturis.*

*Conciones ejusdem manuscriptae vulgò leguntur.*

XLIX. P. MICHAEL VALTA Germanus *Zum chim* Imp. anno 11. (1638.) venit in Prov. *Xan si* oppidum *Pu cheu* : ubi æde cum Ecclesia extructis, anno ejusdem 16. (1643.) rebellibus oppidum ferro & flamma vastantibus, multis vulneribus sauciatus, post triduum obiit : sepultus extra oppidi muros.

L. P. NICOLAUS FIVA Germanus eodem anno 1638. venit in *Ham cheu* Metropolitim Prov. *Che kiam*, ubi deinde obiit & sepultus est in loco *Fam cin* dicto.

LI. P. FRANCISCUS FERRARI Pedemontanus *Zum chim* Imp. anno 13. (1640.) prædicavit fidem in Prov. *Xensi*, & *Xan tum*, ubi fundavit Ecclesiam, dein *Cam hi* Imp. anno 4. profectus est in *Quam tum*, unde sexennio post ab exilio cum reliquis revocatus diplomate Regio ad Ecclesias *Xensi*, cum jam pervenisset in Prov. *Nam*



*Kim* urbem pro regiam *Ngan Kim*, diem obiit. Unde post mortem translato in Septentrionalem Sinarum partem illius feretro à P. Joan. Dominico Gabiani, sepultus est prope *Sing an* Metropolitim Prov. *Xen si*.

LII. P. GABRIEL DE MAGALLHANES Lusitanus eodem anno 1640. cum socio individuo P. Ludov. Buglio Sinas ingressus, venit in Prov. *Suchuen* aliaque loca, ubi uterque gravissimis periculis à rebellibus & latronibus defunctus, & sapius à morte imminente ereptus: tandem *Xum chi* Imp. anno 5. (1648.) in aulam venit, ibique regios favores sapius expertus, & semel *Macaum* ab Imp. delegatus, demum *Cam hi* Imp. anno 16. (1677.) æt. 69. in aulâ obiit. Imperator illum dignatus est funebri elogio: obtulit insuper 200. aureos & 10. volumina serica ad exequias. Adhuc viventis effigiem depingi iusserat. Die autem exequiarum legavit tres Aulae Proceres, qui prosequerentur funus ad sepulturam, quæ est extra portam *Feu chim* dictam. Editum ab eo.

*De Resurrectione carnis ex D. Thoma, 2. vol.*

LIII. P. STEPHANUS ALMEIDA Lusitanus eodem anno 1640. prædicavit Fidem in Prov. *Xen si*, deinde in Prov. *Kiam si* Metropoli *Nan sham*. circa annum verò 1645. à Tartaris urbem & vicina